HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS
Entstehungsort unbestimmt, 1424 Seite 93r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Itaque martires esse possumus. si etiam
nullo ferro percutiendi truci
dem. Mori quippe apsequente
martirium in aperto opere est ferre
vero contumelias. odientem diligere
martirium est in occulta cogita
tione. Nam quia duo sunt mar
tirij genera unum in occulto opere
aliud in publico testatur veri
tas. que zebedei filios requirit
dicens Potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum. Cui proti
mus cum responderent possumus
illico dominus respondit dicens
Calicem quidem meum bibetis
Quid enim per calicem nisi dolorem
passionis accipimus. de quo alias
dicit Pater si fieri potest transeat
a me calix iste. Et zebedei filij
i. Iacobus et Iohannes non utrique per
martirium occubuit. et tamen
quod utrique calicem bibere audiuit
Iohannes autem nequaquam per martirium
vitam finiuit. sed tamen martir
existit. quia passionem quam
non suscepit in corpore reseruauit
in mente. Et nos ergo hoc ex
emplo sine ferro esse martires
possumus. si paciam vacat in
animo custodimus. Non abre
arbitror fratres karissimi. si vnum nobis
exemplum seruande paciencie
ad edificacionem loquor. Fuit qui
dam diebus nostris Stephanus
nomine. pater monasterij iuxta
reatine vrbis. menia constitu
tus. vir valde sanctus. paciencie
virtute singularis. Et super sunt
multi qui illum nouerunt
eiusque vitam vel obitum narrant
Erat autem huius lingua rustica.
sed docta vita. hic pro amore ce
lestis patrie cuncta despexerat
possidere aliquid in hoc mundo
fugiebat. Tumultus deuitabat
hominum. de crebris ac prolixioribus
orationibus intentus fuerat. Vir
tus tamen paciencie in eo vehe
menter excreuerat. ita ut eum
sibi amicum crederet. qui sibi
molestie aliquid irrogasset
Reddebat contumelijs gracias.
si quid in ipsa sua in opera dam
num fuisset illatum. hoc maximum
lucrum putabat. Omnes suos ad
uersarios nil aliud quam aduito
res estimabat. Hunc cum dies
mortis egredi de corpore vrgeret
conuenerunt multi ut tam sancte
anime. de hoc mundo recedenti
suas animas commendarent. Cumque
circa lectum illius hij qui con
uenerant. omnes assisterent
alij corporeis oculis ingredientes
angelos viderunt. sed dicere aliquid
nullomodo potuerunt. alij omnino
nil viderunt. Sed omnes qui aderant
ita vehementissimus timor pertulit
ut nullus egrediente illa anima
sancta illic stare potuisset. Et
hij ergo qui viderant. et hij qui
omnino nil viderant. vno omnes
timore pertulsi. et triti fugie
runt. nullusque illic assistere illo
moriente potuit. Pensate igitur
fratres Omnipotens deus qualiter
tractat. cum districtus iudex ven
turus est. si sic assistentes ter
ruit. quando gratus remunerans